



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt viginti dies ante baptissum ad purgationem exorcismi catechumeni
veniant. viii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

porē baptizantur. à gradibus Ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

De eadem ro. Cap. VII.

Sacroſancti baptisimi ſacramentum, non niſi in Paſchali Feſtiuitate, & Pentecoſte vnusquisque fidelium nouerit eſſe præbendum: exceptis hiſ quibus mortis periculo urgente, ne in æternum pereat, talibus oportet remediis ſubuenire.

Ex cõcil. Vnorma- cic. ca. 10

Vt viginti dies ante baptiſmum ad purgationem exorcismi, catechumeni veniant.

Cap. VIII.

Hoc omnimodis præcipimus, & antiqui canones præcipiunt, vt ante baptiſmum viginti dies ad purgationem exorcismi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus iuxta canonicum præceptum, & erudiantur & conſecrentur.

Ex cõcil. Braggar cap. 3.

Quod omnes ad baptiſmum venientes quinta feria maioris hebdomadæ, fidem episcopo vel presbytero reddere debeant.

Cap. IX.

Quod oporteat eos qui ad baptiſma veniunt fidem diſcere, & quinta feria ſeptimane maioris episcopo aut presbyteris reddere.

Ex cõcil. Laodiceni cap. 46.

Vt omnes baptizandi prius ſint exorcizandi

Cap. X

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non ocioſo contemplatur intuitu, cum ſiue paruuli, ſiue ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps huius mundi mittatur foras.

Ex dere. Celest. pap. Gal- liarum e- piſ. miſſis cap. 12.

Vt baptizandi nomine dato à carne & vino ſe abſtineant.

Cap. XI.

Baptizandi nomen ſuum dent ſub abſtinentia vini & carniſ, ac manus impoſitione crebro examinent baptiſmum.

Ex cõcil. Cartha. cap. 85.

Quod neophyti à lautioribus cibis aliquod tempus, & à coniugiſ ſe abſtinere debeant.

Cap. XII.

Neophyti aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel coniugibus abſtineant.

Ex eodẽ cap. 87.